LUSTRATIONEM

GYMNASII ZITTAVIENSIS

A. D. XXIX. MENS. MARTII CIƆIƆCCCXLI

INSTITUENDAM

ET

AD SOLEMNIA VALEDICTIONIS

A. D. V. MENS. APRILIS

CELEBRANDA

INVITAT

FRIDERICUS LINDEMANNUS

[redacted]

Inest dissertatio de utilitate artis gymnasticae apud Graecos. Accedunt quaedam de rebus Gymnasii superiori anno gestis.

ZITTAVIAE, EX OFFICINA SEYFERTI.

1841.

De utilitate artis gymnasticae apud Graecos.

Haud falso queri videntur, qui generi humano bene cupiunt, quod aetas nostra debiliores indies progignat homines et adversae valetudini magis obnoxios. Testantur hoc multae virorum arte medica peritorum voces; testantur idem habiti quotannis militum delectus, in quibus vix et aegre sufficiens multitudo iuvenum armis ferendis parium et ad patriam defendendam idoneorum reperiri potest. De qua debilitate ac mutilatione corporis tam perversae sunt hominum nostratium sententiae, ut postquam militiae impares inventi sunt eximie laetentur et gaudio elati in cauponas et popinas eant, ubi epulis et vino largiter sese ingurgitant, quasi de miseria sua laetantes. Vidi egomet, cum anno superiori aliquot discipuli nostri propter colli turgescentiam et collapsi angustique pectoris gratia, quae res phthisim praesagiunt, a militia essent soluti, hos exsultare ac potare, nimirum laetabundos, quod morbosi essent iudicati et vitiosi corporis turpitudine ab officio publico liberati. Equidem me, ut ingenue fatear, mallem per sexennium et amplius armorum ferendorum aerumnas pati, quam vitioso corpore esse ab rei peritis iudicari. Nam si mens sana in corpore sano [1]; qualem, quaeso, mentis sanitatem his hominibus et posteris eorum futuram sperabimus, cum non tantum ipsi sumus debiles, sed vitiosiorem in dies progeniem edituri? Neque litterarum studiosi tantum, ut apud Romanos [2], et urbani, sed omnino omnes hac imbecillitate laborant. Laborarent vero, modo ne miseria sua gauderent!

A qua sententiarum perversitate alienissimi erant veteres Graeci. Hi quidem, si quid unquam, honestum putabant arma ferre pro patria, atque, ut hoc possent, omni modo elaborare studebant a pueritia. Nihil enim, si excipias artes liberales, magis decorum esse, nihil homine dignius censebant, quam curare, ut integro ac valido essent corpore, propterea quod persuasum habebant, corpus tanquam vasculum immortalis animi, non nisi summa cura idoneum fieri ad culturam animi recipiendam, ad vitae negotia patranda, ad obsequium animo semper et ubique praestandum. Qua de causa Graeci artem gymnasticam in maximo honore habere solebant. Neque tamen solius belli armorumque ferendorum causa Graeci arte gymnastica corpus exercebant, sed ut omnibus vitae muneribus, quae a diis accepissent, frueren-

---

1. Iuvenal. Satyr. X, 356. *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.*
2. Cf. Celsus de medic. I, 2. init. *At imbecillis, quo in numero magna pars urbanorum omnesque paene cupidi litterarum sunt, observatio maior necessaria est.*

tur omnesque vires a natura datas excolerent.[3] Quoniam vero nostris temporibus arti gymnasticae honos suus, etsi non ubique et ab omnibus, retribui coeptus est, postquam diu inter nos iacuit neglecta; ut de utilitate eius verius iudicare possimus, *de arte gymnastica Graecorum* hac scribendi opportunitate data primum exponam, quo facto *de utilitate eiusdem* deque eius apud nos reducendae causis ac ratione, quantum res requirere videbitur, disserere conabor.

Antiquissima est memoria ludorum, qui in funeribus nobiliorum Graecorum celebrari solebant, quorum exemplum apud Homerum in Iliad. lib. XXIII invenitur, ubi Achilles Patroclo ludos funebres edere narratur.[4] In his ludis omnia fere exercitationum gymnicarum stamina, quae apud seriores Graecos in usu sunt, reperiuntur, velut *cursitatio* ad metam, *δρόμος, ταχυτῆτος ἆθλος*[5], tum *curruum* equis vectorum *decertatio*, *ἀγὼν ἱππέων, ἱπποσύνης ἆθλος*[6], porro *pugilatus*, *πυγμὴ* sive *πυγμαχία*[7], *lucta* sive luctatio, *πάλη* sive *παλαισμοσύνης ἆθλος*[8], armorum *pugna* singularis, *τευχέων ἀγὼν, μονομαχία*[9], *iaculatio*, *ἐγχείη, ἀκόντισις*[10], *sagittarum missio*, *τόξευμα, τοξευτική*[11]; denique *iaculatio massae ferreae*, quem *σόλον* appellat Homerus[12], ex quo genere postea *ἡ δισκοβολία* orta est. Quibus exercitationibus quam dignitatem statuerint Graeci, ex hac re coniicere licet, quod nulla earum apud Homerum a gregario milite aut ab homine ignobili suscipitur; ac principes ne aerumnosa quidem certamina, ut cursum, pugilatum, et luctam, detrectant sed avide arripiunt, de victoria superbientes deque praemis deportatis laetantes. Tanta erat iam illis temporibus rei aestimatio. De singulorum autem certaminum inter se comparatorum dignitate si quaeris, ordo eorum, qualis apud Homerum legitur, recte docere videtur, ex quo maximum pretium statuitur equorum cursitationi, excipit pugilatus, tertium locum tenet lucta[13], sequitur cursus, quintum locum tenet

---

3. Cf. Lucian. Anachars. cap. 15.
4. Exercitationum illo tempore usitatorum genera praecipua his versibus complexus est Homerus Iliad. XXIII, 620, ubi Achilles Nestorem consolaturus, quod cetera genera exercitationis, praeter curruum decertationem, non possit factitare propter senectutem, haec dicit:

    . . . . . οὐ γάρ πύξ γε μαχήσεαι, οὐδὲ παλαίσεις,
    Οὐδέ τ' ἀκοντιστὺν ἐσδύσεαι, οὐδὲ πόδεσσιν
    Θεύσεαι· ἤδη γάρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.

5. Hom. Iliad. XXIII, 740.

    Πηλείδης δ' αἶψ' ἄλλα τίθει ταχυτῆτος ἄεθλα.

6. Idem ibid. v. 272 — 650.
7. Idem ibid. v. 653.

    Αὐτὰρ ὁ πυγμαχίης ἀλεγεινῆς θῆκεν ἄεθλα.

8. Idem ibid. v. 700.

    Πηλείδης δ' αἶψ' ἄλλα κατὰ τρίτα θῆκεν ἄεθλα,
    Δεικνύμενος Δαναοῖσι, παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς.

9. Idem ibid. v. 798 — 825.
10. Idem ibid. v. 885 — ad fin.
11. Idem ibid. v. 850.

    Αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον.

12. Idem ibid. v. 826.

    Αὐτὰρ Πηλειδὴς θῆκεν σόλον αὐτοχόωνον
    Ὃν πρὶν μὲν ῥίπτασκε μέγα σθένος Ἠετίωνος.

13. Idem ibid. v. 700. *κατὰ τρίτα.*

armorum depugnatio, sextum ἡ σόλου ἀνάῤῥιψις, ex qua discobolia orta, septimum sagittarum emissio, octavum demum hastae iaculatio.

Temporibus insecutis quoniam tantus erat ludorum gymnicorum inter Graecos amor, factum est, ut certamina illa publica, Olympica[14], Isthmia, Pythia, Nemea instituerentur, πανηγύρεις illae sacrae totius Graciae, in quibus praeter musica et equestria certamina[15] illae maxime exercitationes factitabantur, quae corporis essent et nomine τοῦ πεντάθλου[16] cursum, saltum, disci proiectionem, hastarum emissionem et luctam complectebatur, quae certamina hoc versu pentametro composuit Simonides[17]:

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Quanquam enim certum est, haec certamina tum demum τοῦ πεντάθλου, quinquertii, nomine dicta esse, si unus homo omnia ista quinque certamina complecteretur et deinceps ederet; tamen haec ipsa etiam singula ac peculiara erant corporis exercitia, praeter pugilatum, πυγμὴν, quae pro iaculatione, τῇ ἀκοντίσει, substituta esse videtur, si certamina illa singulatim edebantur aut a singulis factitabantur. *Lucta* et *pugilatus* ubi coniunctim ab uno eodemque ac simpl fiebant, τὸ παγκράτιον[18], dici solebat, et si qui in tali coniuncto certaminis genere excellebant, hi παγκρατιασταὶ appellabantur, id quod sic intelligendum est, ut statuatur, peculiare hoc genus certaminis fuisse. Nam qui pancratio excellebant, saepe etiam numero aut luctam aut pugilatum singulatim exercebant insuper, qua de causa agonistae pancratio et lucta, pancratio et pugilatu saepe vicisse narrantur.[19]

---

14. Cf. *Olympia* oder Darstellung der grossen Olympischen Spiele und der damit verbundenen Festlichkeiten, sowie sämmtlicher kleineren Olympien in verschiedenen Staaten, nebst einem ausführlichen Verzeichnisse der Olympischen Sieger in alphabetischer Ordnung und einigen Fragmenten des Phlegon aus Tralles περὶ τῶν Ὀλυμπίων. Von *Joh. Heinr. Krause* (in Halle an der Saale). Wien, Fr. Beck's Universitätsbuchhandlung, 1838. Adde *Meyer* Olympische Spiele in der Encyclopaedie von Ersch und Gruber, pag. 294. *Rathgeber* Olympia, in derselben Encyclopaedie, pag. 114. *Kleine Olympische Spiele* ibidem pag. 324.
15. Cf. *Krause* Olympia, pag. 13. Ieder Agon bestand entweder blos aus gymnischen Wettkämpfen (ἀγὼν γυμνικός) oder lediglich aus einem Rosswettrennen (ἀγὼν ἱππικός, ἱπποδρομίαι), wie in heroischer Zeit das zu Onchestos im Haine Poseidons, oder zugleich aus dem gymnischen Agon und dem Rosswettrennen, wie die Olympien und die meisten Festspiele, oder zugleich aus einem musischen und einem gymnischen Agon ohne Hippodromieen, wie die zu Teos, oder endlich zugleich aus dem musischen, dem gymnischen und dem Rosswettrennen, wie die Pythien (seit Ol. 49, 3) die Nemeen und Isthmien, wie die Erotidien der Thespier, die Actien zu Nikopolis und viele andere, u. s. w.
16. Cf. Pauli de significatione verborum ex *Festo* pag. 132. et pag. 117. ibique interpp. pag. 564. edit. meae.
17. Simon. fragm. in Anthol. I, 1. extr. De ordine horum certaminum in quinquertio cf. Boekh. ad Pindar. Not. critt. tom. I, pag. 542.
18. Idem hoc genus dicebatur τὸ παμμάχιον et qui illo uterentur παμμάχοι. Hoc certamen ita fiebat, ut, qui illo uti vellet, ei non modo leges luctae verum etiam pugilatus victoriae causa licebat adhibere. Poterat enim adversarium pugilum more pugno ferire et more luctantium prosternere, continere, genu et calce percutere. Cf. Mercurialis de arte gymnastica lib. II, c. 9.
19. Cf. Pausan. V, 21, 5. ubi Aristeas Stratonicensis pancratio et lucta uno die vicisse perhibetur. Adde indicem Olympionicarum apud *Krausium* in Olympia p. 249. ibid. p. 252. et alibi saepe.

Uniuscuiusque autem certaminis varia erant genera, quae σχήματα dicebantur. Et *cursurae* quidem, τοῦ δρόμου, tria erant genera, τὸ στάδιον, unius stadii decursus, quod centum et viginti passus sive sexcentos et viginti quinque pedes continebat[20], quod spacium quidam in armis, ὅπλοις, decurrebant, qui cursus ὁ ὁπλίτης δρόμος appellabatur; porro ὁ δίαυλος, unius stadii cursus et recursus; tum ὁ δόλιχος, septem stadiorum decursus, ubi septies cursor currere et recurrere solebat.[21] Fuerunt etiam qui in certamine equestri, quando singulo equo insidentes veherentur, ἵππῳ κέλητι, de equo desilirent et iuxta equum currerent eadem, qua equus, celeritate, qui dicebatur ὁ κάλπης δρόμος.[22] Et haec quidem cursurae genera perhibentur. *Saltus* vero, τοῦ ἅλματος, genera haec fere fuerunt. Primum fiebat cum *halteribus*, σὺν τοῖς ἁλτῆρσιν, quae erant massae plumbeae figurae ovalis, quas salientes manibus tenebant saltus adiuvandi gratia; tum saliebant *per funem*, porro *super fossam*, praeterea *super* hominis recta adstantis *caput*, denique super *palos*; quae genera omnia et cum halteribus et sine halteribus institui solebant.[23] Haec de saltu. Ὁ δίσκος, sive ἡ δισκοβολία, *disci iactatio*, erat orbis lapidei, ferrei vel plumbei emissio, quae ita fiebat, ut per foramen, quod esset in medio orbe, duceretur lorum aut mitteretur antenna, cuius ope orbis ille proiiceretur aut ad scopum, aut in altum, aut in longinquum.[24] *Iaculi* certamen emissione ad metam constabat, τῇ ἀκοντίσει, ut est apud Homerum, apud quem res ipsa τὸ ἧμα, agonistae vero ἥμονες ἄνδρες dicuntur.[25] *Hastae* vero certamen, ὁ τευχέων ἀγὼν, depugnatione constabat, quae fiebat cominus, agonistis armatis, h. e. scutum, galeam, loricam gerentibus, ita ut adversarii scutum aut galea peteretur et perfoderetur.[26] Genera *luctae*, τὰ τῆς πάλης σχήματα, fuerunt varia, quorum pleraque nihil nisi profligationem adversarii eumque ad terram prosternendum spectabant. Peculiare tamen genus erat ἡ ἀνακλινοπάλη, quae hunc in modum fiebat, ut ubi diu luctantes humi procubuissent, res summa humi gereretur, quo in genere is victor habebatur, qui adversarium infra se abiectum

---

20. Plin. Hist. Nat. II, 23, 21. Columella V, 1. *Stadium currere* dicebantur agonistae. Cic. de Off. III, 10. *Qui stadium currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat; supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet.*

21. Qua de caussa octo certaminum genera, quae scholiasta Aristophanis (Av. 290) affert, ad quattuor reducenda sunt. Is enumerat στάδιον, δίαυλον, δόλιχον, ὁπλίτην, πυγμὴν, παγκράτιον, πάλην, ἅλμα. Etenim τὸ στάδιον, ὁ δίαυλος, ὁ δόλιχος, ὁ ὁπλίτης unius cursurae sunt species variae.

22. Cf. Erasmus Schmidtius ad inscriptionem Carm. I. Olymp. *Pindari.*

23. Cf. Iul. Pollux Onomast. III, 30, 151. Mercurial. de arte gymnast. c. 9. Locus, unde saltus faciendus, ὁ βατὴρ dicebatur; spacium saltu superandum ὁ κανών; terminus saltu attingendus τὸ σκάμμα sive τὰ ἐσκαμμένα. Natum videtur inde proverbium: πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, quod de iis dicitur, qui modum excedunt. Adde Lucian. Anach. c. 27.

24. De *disco* cf. Eustathius ad Odyss. VIII, pag. 1591. et Etym. M. voce δίσκος. Adde *Krausium* Olympia pag. 414. Mercurial. de arte gymnast. II, 12. Fabri Agonist. II, 1. et 4.

25. Hom. Iliad. XXIII, 885. καὶ ῥ' ἥμονες ἄνδρες ἀνέσταν. Idem ibid. ἴδμεν γὰρ — ἠδ' ὅσσον δυνάμει τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος. Discus et iaculatio saepe coniunctim exercebantur. cf. Horat. Carmm. I, 8, 11.

26. Hom. Iliad. XXIII, 803. τεύχεα ἑσσαμένω. et v. 821. Ἔνθ' Αἴας μὲν ἔπειτα κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην Νύξ', οὐδὲ χρό' ἵκανεν. — Τυδεΐδης δ' ἄρ' ἔπειτα ὑπὲρ σάκεος μεγάλοιο Αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκῇ.

humi continere posset.[27] *Pugiles* οἱ πύκται, οἱ πυκτευταί, οἱ πυγμάχοι, manibus in pugnum coniunctis, primum quidem nudis, postea vero caestuum ope munitis, adversarii os, dorsum, brachia petebant eumque loco deturbare studebant, nunquam vero se mutuo complicabant.[28] Plagae in tempora maxime, praeterea in aures, in malas ingerebantur, quod genus ὑπώπια dici solebat. Qui plagam vitare aut brachio suo avertere non posset aut negligeret, saepe tantopere percutebatur, ut semianimis procideret et sanguinem evomeret. Qui vero ita affectus erat, pariter victus habebatur, atque ille, qui de loco moveri se passus erat aut fugam capessebat. Praeter haec certamina leviores quoque ludi instituebantur, ut *pilae* lusus, aliique.[29]

Omnia haec exercitationum genera addisci solebant in *gymnasiis*, quae erant loca munita atque ad hanc rem accommodata, publico sumtu exaedificata, cuius singulae partes communi porticu claudebantur, nisi quod stadium nonunquam etiam extra Gymnasium erat. Partes gymnasii fuerunt[30] ἡ παλαίστρα, locus tectus luctae et pugilatui destinatus; τὸ στάδιον, sive ὁ δρόμος, locus sub divo cursui destinatus plerumque arboribus ad latus consitus; τὸ ἐφηβεῖον[31], locus ubi iuvenes ad exercitationem conveniebant; τὸ σφαιριστήριον, ubi pila ludere solebant, quem lusum, cuius varia erant genera, pueri maxime appetebant[32]; τὸ ἀποδυτήριον[33], ubi vestes deponere solebant, quia pleraque genera certaminum a nudis factitabantur; τὸ ἐλαιοθέσιον sive τὸ ἀλειπτήριον ubi ungi et pulvere se illinere consueverunt; τὸ λουτρὸν sive ἡ κολυμβήθρα, ubi post exercitationem lavabantur; ὁ ξυστός, οἱ ξυστοὶ, porticus, unde spectare solebant spectatores; αἱ περιδρομίδες, ambulationes sub divo, ubi ambulabant, qui umbram arborum quaerebant; αἱ ἐξέδραι loca tecta columnis ornata, ubi philosophi docebant, quod plerumque ambulando fiebat. Certum tamen est, non semper haec omnia in Gymnasiis loca fuisse;

---

27. Contraria erat ἡ ὀρθοπάλη sive ἡ ὀρθία πάλη, qua stantes luctabantur. Victor habebatur ὁ τριάξας sive ὁ ἀποτριάξας, qui adversarium ter prostravisset vel eum, ut δάκτυλον ἀνατεινάμενος, digito sublato se victum fateretur, coegisset.
28. Vivida rei descriptio invenitur apud Homerum Iliad. XXIII, 676 seqq. Cf. Mercurial. II, 9. Pugilatores, ut gravius percutere possent, operam dabant pinguedini comparandae, quod tamen de athletis potius, quam de agonistis valet. Nec omittendum est, discrimen esse faciendum inter artes athleticas vitamque athletarum et artes agonisticas.
29. Ἡ σφαίρας παιδιά. Aliud fuit ἡ σφαιρομαχία, quod erat genus pugilatus. Pilarum lusus apud Romanos magis in usu fuit, eoque viri maxime delectabantur. Sed apud Graecos quoque, et quidem in gymnasiis, pilae lusum in usu fuisse, testatur Plautus in Bacchid. III, 3, 24. 25.

   'Ibi cursu, luctándo, hasta, dísco, pugilatú, pila,
   Sáliendo sese éxercebant mágis, quam scorto aut sáviis.

   In his *pilam* non significare σφαιρομαχίαν, ex adiecto *pugilatu* intelligi posse videtur. Nihil est enim ἡ σφαιρομαχία, nisi species pugilatus.
30. De gymnasiorum ratione aediumque harum constructione sufficientem expositionem ad nos non traditam esse a veteribus, magnopere dolemus. Quae enim Pausanias passim et Vitruvius lib. V, 11. memoriae prodiderunt, non satisfaciunt.
31. Vitruv. V, 11.
32. Plato Theaetet. 146. A: Ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες. Apud Hom. Odyss. VI, 100. Nausicaa cum ancillis suis pila ludit, τῇ σφαίρῃ παίζει.
33. Sphaeristeria et apodyteria etiam in balneis erant.

necessaria vero erant ἡ παλαίστρα, τὸ ἀποδυτήριον, τὸ ἐλαιοθέσιον, ἡ κολυμβήθρα **et** τὸ στάδιον, **nisi quod** τὸ στάδιον **interdum peculiari loco positum, ut supra dictum est.**

Magistri harum exercitationum dicebantur παιδοτρίβαι, **aut** ἀλεῖπται, **neutiquam vero** γυμνασταί, **qui erant athletarum magistri, non artis gymnasticae liberales doctores, sed lanistae.** Ἀλεῖπται **autem quasi unctores,** ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, **ab ungendo, non quod discipulos ungerent aut unguento perfricarent, quod servile negotium erat, et sibi invicem interdum praestabant agonistae, sed quod ungi discipulos iuberent et omnem certaminis rationem docerent exemploque praeirent. Gymnasio praeerat** ὁ γυμνασιάρχης, **quod munus publicum erat, sive magistratus**[34]**, quo fungebatur unus ex primoribus civitatis, qui universae puerorum educationi, maxime vero exercitationibus, publice praeerat.**[35] **Omnis enim haec res publice administrabatur, cum propter alias caussas, tum quod plurimi dies festi, qui in honorem deorum agebantur, non sine ludis publicis celebrari solebant, quorum ludorum pars gravissima ac splendidissima certaminibus gymnicis, quibus populus eximie delectabatur, constabat. Pueri in gymnasiis multa severitate doceri atque exerceri solebant**[36]**; flagellis enim caedebantur, si qui aut lassi essent, aut dicto non audientes, aut aliud quidquam peccarent, quod disciplinae repugnaret. Strenue autem agentes et legibus disciplinae obedientes laudibus et corollis ornabantur.**[37] **—**

---

34. Cf. Hase Classische Alterthumskunde, tom. II, pag. 113.
35. Cf. Idem ibid. Pertinebat hoc munus ad τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας, quae non sine multo virorum munere fungentium sumptu administrabantur.
36. Plaut. Bacchid. III, 3, 16.

Sed tu, qui tam pro corrupto dicis causam filio,
Eademne erat haec disciplina tibi, quum tu adolescens eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae,
Digitum longe a paedagogo pedem ut efferres aedibus.
Ante solem exorientem nisi in palaestram veneras,
Gymnasii praefecto haud mediocres poenas penderes.
Id quoi obtigerat hoc etiam ad malum arcessebatur malum:
Et discipulus et magister perhibebantur improbi.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
Saliendo sese exercebant magis, quam scorto aut saviis.
Ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.
Inde de hippodromo et palaestra ubi revenisses domum,
Cincticulo praecinctus in cella apud magistrum assideres;
Quum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
Fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.

Adde Aeschin. dialog. de Morte c. 8. et de Divit. c. 21. ubi de gymnasiarcharum severitate sermo est. Ad locum superiorem c. 8. recte adnotavit Fischerus: *videntur enim praefecti gymnasii vel ipsi puniisse, vel certe puniri virgisque caedi iussisse ephebos, si forte venissent iusto tardius aut aliud peccavissent. Atque eo referri, credo, debent αἱ ῥάβδοι, quae commemorantur* h. l.: Ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, κοσμητὴς, καὶ φόβος χείρων· ἔπειτα Λύκειον καὶ Ἀκαδημία καὶ γυμνασιαρχία καὶ ῥάβδοι καὶ κακῶν ἀμετρίαι. κ. τ. λ. De puerorum castigatione apud Spartiatas cf. Lucian. Anachars. extr., quae tamen huc non pertinent.

37. Cf. Lucian. Anachars. c. 15. Adde Hase Classische Alterthumskunde, tom. II, pag. 42. *Nur ein Kranz war der Preis, der bei diesen Anstrengungen dem Sieger zu Theil ward; wohl mit aus dem Grunde, damit handwerksmässige Ausbildung der blossen Stärke dabei ihre Rechnung nicht fände.*

Atque haec quidem de his dicta sufficiant, quae tametsi nec novi quidquam in medium afferant nec rem exhauriant, tamen ad caussam, quam tractamus, satis esse videntur.

De *utilitate* atque *emolumento* artis gymnasticae quanta fuerit et quam late patuerit in omni Graecorum vita, optime expositum legimus apud Lucianum in dialogo, qui inscribitur Anacharsis. Fingit ibi Lucianus Anacharsidem, principem Scytharum, Athenas profectum ut et Solonem audiret et Graecorum instituta ac mores cognosceret. Hic forte, inter alia multa nova, in Gymnasio iuvenes inter se luctantes et pugilatu se exercentes conspicit. Anacharsis autem, ignarus quid rei esset aut quorsum ea contentio pertineret, rem et caussas a Solone perquirit. Qui cum exercitandi corporis caussa illa omnia fieri dixisset, et laudem et praemia certaminum, corollas ac poma[38], commemorasset; ille ob res tam futiles tantopere ac tam acri studio illos inter se contendere stultum putat ac deridiculum. Iam altero instituta Graeca commendante, altero vero deridente, sermo paullatim eo deducitur, ut Solon totam instituendae iuventutis Graecae, Atheniensium maxime, rationem eiusque disciplinae commoda ac fructus exponat. In quibus *corporis valetudinem*, *εὐεξίαν τοῦ σώματος*[39], *animi temperantiam*, *σωφροσύνην*[40], *libertatem* privatam ac *civilem*, *ἐλευθερίαν ἑκάστου ἰδίαν καὶ κοινὴν τῆς πατρίδος*[41], *fortitudinem bellicam*[42], *omnia* omnino *bona*[43], quae quis a diis immortalibus expetere sibi possit, *συνόλως τὰ κάλλιστα, ὧν ἄν τις εὔξαιτο γενέσθαι οἱ παρὰ τῶν θεῶν*, enumerat. Sed, age, Solonem ipsum de fructu atque emolumento artis gymnasticae apud Lucianum exponentem audiamus. Sic ergo disserens introducitur Solon a Luciano[44]: „Equidem omnia harum exercitationum emolumenta breviter perstringere haud quaquam facile esse censeo. Sed quae maxime in promptu sunt, tibi exponam. Non profecto certaminum tantum aut sacrorum ludorum gratia has exercitationes iuvenes nostros subire iubemus, sed ob fructum longe maiorem, qui inde ad universam rempublicam demanat et quo singuli perfruuntur similiter. Est enim commune quoddam certamen bonis civibus propositum et corona non pinea aut oleagina, aut ex apio contexta, sed quae in se comprehensam universam hominum felicitatem complectitur, *libertatem* dico, quae unius cuiusque privatim est et communiter patriae.

---

38. Lucian. Anachars. c. 9. *Ὀλυμπιάσι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ ἐκ σελίνων πεπλεγμένος· Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ· παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Παναθηναίοις τὸ ἔλαιον τὸ ἐκ τῆς μορίας.* Cf. etiam c. 16. init.
39. Cf. Hase Classische Alterthumskunde, tom. II, pag. 41.
40. Lucian. Anachars. c. 20. *Μάλιστα δὲ καὶ ἐξ ἅπαντος τοῦτο προνοοῦμεν, ὅπως οἱ πολῖται ἀγαθοὶ μὲν τὰς ψυχὰς, ἰσχυροὶ δὲ τὰ σώματα γένωνται.* Adde ibid. c. 26. init.
41. Lucian. Anach. c. 15. *Οἷον ἐλευθερίαν λέγω αὐτοῦ ἑκάστου ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς πατρίδος κ. τ. λ.*
42. Idem ibid. c. 34. 35.
43. Idem ibid. c. 15.
44. Ibid. c. 15. *Τὰ μὲν πάντα οὐ ῥᾴδιον, ὦ ἑταῖρε, διελθεῖν ἐν βραχεῖ. ἀλλὰ — οὐ μόνον ἕνεκα τῶν ἀγώνων, ὅπως τὰ ἆθλα δύναιντο ἀναιρεῖσθαι· — ἀλλὰ μεῖζόν τι ἁπάσῃ τῇ πόλει ἀγαθὸν ἐκ τούτου καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις προσκτώμενοι. Κοινὸς γάρ τις ἀγὼν ἄλλος ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς πολίταις πρόκειται καὶ στέφανος οὐ πίτυος οὐδὲ κοτίνου ἢ σελινων, ἀλλ' ὃς ἐν αὐτῷ συλλαβὼν ἔχει τὴν ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν. Οἷον ἐλευθερίαν λέγω αὐτοῦ τε ἑκάστου ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς πατρίδος, καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἑορτῶν πατρίων ἀπόλαυσιν καὶ οἰκείων σωτηρίαν, καὶ συνόλως τὰ κάλλιστα, ὧν ἄν τις εὔξαιτο γενέσθαι οἱ παρὰ τῶν θεῶν. ταῦτα πάντα τῷ στεφάνῳ, ὅν φημι, συναναπέπλεκται καὶ ἐκ τοῦ ἀγῶνος ἐκείνου περιγίγνεται, ἐφ' ὃν αἱ ἀσκήσεις αὗται καὶ οἱ πόνοι ἄγουσιν.*

Praeterea divitiae, gloria, honores, festorum dierum patriorum concelebratio, rei familiaris tuitio, atque ut summatim dicam, omnia quae homines bona et pulchra possident quaeque a diis immortalibus nobis concessa sunt; haec omnia per illas corporum exercitationes nobis contingunt. Ex quibus omnibus corona illa est concinnata, qua ornantur, qui haec exercitia subeunt." — Et alio loco[45]: „Etenim nos Athenienses civitatem non aedificia illa esse existimamus, cuiusmodi sunt muri, delubra, navalia; sed ista ipsa tanquam corpus quoddam firmum esse atque immobile ad receptum et securitatem hominum incolentium. Omnem vero vim omnesque opes civitatis in civibus sitas esse arbitramur; hos enim esse, qui omnia compleant, singula ordinent, omnia perficiant atque custodiant, existimamus, simili ratione atque in hominibus singulis *anima* est efficax. Quod ipsum intelligentes sedulam habemus curam, ut cives mente boni et corpore validi reddantur. Tales enim cives non *pacis* tantum tempore ipsi sibi prodesse et vitam tutari possunt, una rempublicam gerentes, sed *bello* quoque civitatis libertatem atque salutem servare et pro eius salute propugnare possunt. Primam itaque liberorum educationem matribus, nutricibus ac paedagogis formandam permittimus. Tum ubi iam per aetatem sapere coeperunt et quae honesta sint intelligere; ubi iam pudor et reverentia et rerum praestantissimarum concupiscentia enata est; ubi corpora iam robustiora facta ad patiendos labores: tum vero illos docemus publice, aliis quidem disciplinis propositis, quae maxime ad labores perferendos pueros assuefaciant. — Hac enim sedulitate animi quoque puerorum confirmantur et vitiis corporis emendandis etiam animi vitia emendantur. Huius rei exemplum[46] ab agricolis sumimus, qui quamdiu plantae adhuc sunt tenerae atque humiles, eas contegunt atque fulciunt; ubi vero iam iustum robur collegerunt, inutiles ac supervacuos ramos amputant eosque ventorum arbitrio permittentes, fertiliores efficiunt et ad

---

45. Ibid. c. 20. *Πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη καὶ ἱερὰ καὶ νεωςοίκους, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥσπερ σῶμά τι ἑδραῖον καὶ ἀκίνητον ὑπάρχειν ἐς ὑποδοχὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πολιτευομένων, τὸ δὲ πᾶν κῦρος ἐν τοῖς πολίταις τιθέμεθα. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς ἀναπληροῦντας καὶ διατάττοντας καὶ ἐπιτελοῦντας ἕκαστα καὶ φυλάττοντας· οἷόν τι ἐν ἡμῖν ἑκάστῳ ἐστὶν ἡ ψυχή. τοῦτο δὴ τοίνυν κατανοήσαντες ἐπιμελούμεθα μὲν, ὡς ὁρᾷς, καὶ τοῦ σώματος τῆς πόλεως, κατακοσμοῦντες αὐτὸ ὡς κάλλιστον ἡμῖν εἴη, ἔνδοθεν τε οἰκοδομήμασι κατεσκευασμένον καὶ ταῖς ἔκτοσθεν ταύταις περιβολαῖς ἐς τὸ ἀσφαλέστατον περιπεφραγμένον. Μάλιστα δὲ καὶ ἐξ ἅπαντος τοῦτο προνοοῦμεν, ὅπως οἱ πολῖται ἀγαθοὶ μὲν τὰς ψυχὰς, ἰσχυροὶ δὲ τὰ σώματα γίγνοιντο. Τοὺς γὰρ τοιούτους σφίσι τε αὐτοις καλῶς χρήσεσθαι ἐν εἰρήνῃ συμπολιτευομένους καὶ ἐκ πολέμου σώσειν τὴν πόλιν καὶ ἐλευθέραν καὶ εὐδαίμονα διαφυλάξειν. τὴν μὲν δὴ πρώτην ἀνατροφὴν αὐτῶν μητράσι καὶ τίτθαις καὶ παιδαγωγοῖς ἐπιτρέπομεν ὑπὸ παιδείαις ἐλευθερίοις ἄγειν τε καὶ τρέφειν αὐτούς. ἐπειδὰν δὲ συνετοὶ ἤδη γίγνωνται τῶν καλῶς ἐχόντων καὶ αἰδὼς καὶ ἐρύθημα καὶ φόβος καὶ ἐπιθυμία τῶν ἀρίστων ἀναφύηται αὐτοῖς καὶ αὐτὰ ἤδη τὰ σώματα ἀξιόχρεα δοκῇ πρὸς τοὺς πόνους, παγιώτερα γενόμενα καὶ πρὸς τὸ ἰσχυρότερον συνιστάμενα, τηνικαῦτα ἤδη παραλαβόντες αὐτοὺς διδάσκομεν, ἄλλα μὲν τῆς ψυχῆς μαθήματα καὶ γυμνάσια προτιθέντες, ἄλλως δὲ πρὸς τοὺς πόνους καὶ τὰ σώματα ἐθίζοντες.*

46. Lucian. ibid. c. 20. sub fin. *Καὶ τὸ παράδειγμα ἡμῖν παρὰ τῶν γεωργῶν, οἱ τὰ φυτὰ μέχρι μὲν πρόςγεια καὶ νήπιά ἐστι, σκέπουσι καὶ περιφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιντο ὑπὸ τῶν πνευμάτων· ἐπειδὰν δὲ ἤδη παχύνηται τὸ ἔρνος, τηνικαῦτα περιτέμνουσί τε τὰ περιττὰ καὶ παραδίδοντες αὐτὰ τοῖς ἀνέμοις δονεῖν καὶ διασαλεύειν, καρπιμώτερα ἐξεργάζονται. Τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν μουσικῇ τὸ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναῤῥιπίζομεν καὶ γράμματα γράψασθαι καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκομεν. προϊοῦσι δὲ ἤδη σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας καὶ ἔργα παλαιὰ καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις κατακοσμήσαντες, ὡς μᾶλλον μνημονεύοιεν, ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς.*

fructus ferendos magis idoneas. Itaque animum puerorum primum musicâ arte excolimus, arithmeticam docemus ac litteras pingere easque recte pronunciare docemus. Deinde aetatis progressu adultioribus factis sapientium virorum sententias, res a maioribus fortiter gestas, sermones varios metro exornatas, quo fidelius memoria teneant, auribus eorum frequenter occinimus." — Tum exposita reliqua ingenii erudiendi ratione, infra sic pergit[47]: „Corpora, quod omnium maxime audire desideras, ad hunc modum exercemus. Exutis vestimentis primum illa ad aerem assuefacimus, quippe non amplius tenera atque imbecilla; omnibus tempestatibus accommodamus, ut neque solis aestum graviter ferant, neque algoris sint impatientia. Deinde eadem oleo perungimus, ut habiliora et firmiora reddantur. — Mox[48] variis excogitatis exercitiis ac singulorum certaminum magistris constitutis, alium pugilatu, alium pancratio, alium cursu exercemus, ut laboribus tolerandis assuefiant pariterque ictuum declinandorum periti evadant neque metu aversentur vulnera. Ceterum omnis haec corporum exercitatio *duas maximas* habet *utilitates.* Nam *animosos* reddit iuvenes ad subeunda pericula et *prosperam* eis addit *valetudinem.* Atque hoc quidem *primum* est, quod sine controversia sibi parant iuvenes, ut corpora firmiora fiant et robustiora, quae huiusmodi exercentur laboribus. *Alterum* vero non minus magnum est et grave. Habent enim si quando in belli necessitatem venerint, magnam earum rerum, quae ad bellum necessaria sunt, peritiam. Ibi quanti sit corporis robur faciendum et habilitas, sponte intelligitur. Nam hostem qui in hunc modum exercitatus est citius supplantatum prosternet et prolapsus ipse, quam facillime poterit exsurgere. Haec enim omnia ad verum illud certamen, quod in armis peragitur, referre solemus, planeque in eam opinionem descendimus, ut certo persuasum habeamus longe melioribus nos usuros esse ita exercitatis, posteaquam primum illorum corpora nuda emollita atque exercitata et robustiora reddidimus, neque minus levia et habilia eademque adversariis gravia effecimus." — Hactenus Solon apud Lucianum.

---

47. Lucian. ibid. c. 24. init. *Τὰ δὲ δὴ σώματα, ὅπερ μάλιστα ἐπόθεις ἀκοῦσαι, ὧδε καταγυμνάζομεν. ἀποδύσαντες αὐτὰ, ὡς ἔφην, οὐκέτι ἁπαλὰ καὶ τέλεον ἀσυμπαγῆ ὄντα, πρῶτον μὲν ἐθίζειν ἀξιοῦμεν πρὸς τὸν ἀέρα, συνοικειοῦντες αὐτὰ ταῖς ὥραις ἑκάσταις, ὡς μήτε θάλπος δυσχεραίνειν, μήτε πρὸς κρύος ἀπαγορεύειν· ἔπειτα δὲ χρίομεν ἐλαίῳ καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίγνοιντο.*

48. Lucian. ibid. c. 24. med. *Τοὐντεῦθεν ποικίλα τὰ γυμνάσια ἐπινοήσαντες καὶ διδασκάλους ἑκάστων ἐπιστήσαντες, τὸν μέν τινα πυκτεύειν, τὸν δὲ παγκρατιάζειν διδάσκομεν, ὡς τούς τε πόνους καρτερεῖν ἐθίζοιντο καὶ ὁμόσε χωρεῖν ταῖς πληγαῖς, μηδὲ ἀποτρέποιντο δέει τῶν τραυμάτων. Τοῦτο δὲ ἡμῖν δύο τὰ ὠφελιμώτατα ἐξεργάζεται ἐν αὐτοῖς, θυμοειδεῖς τε παρασκευάζον ἐς τοὺς κινδύνους καὶ τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν καὶ προσέτι ἐῤῥῶσθαι καὶ καρτεροὺς εἶναι. Ὅσοι δὲ αὐτῶν κάτω συννενευκότες παλαίουσι, καταπίπτειν τε ἀσφαλῶς μανθάνουσιν καὶ ἀνίστασθαι εὐμαρῶς, καὶ ὠθισμοὺς καὶ περιπλοκὰς, καὶ λυγισμοὺς, καὶ ἄγχεσθαι δύνασθαι, καὶ ἐς ὕψος ἀναβαστάσαι τὸν ἀντίπαλον οὐκ ἀχρεῖα οὐδὲ οὗτοι ἐκμελετῶντες, ἀλλὰ ἓν μὲν τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον ἀναμφιβόλως κτώμενοι. δυςπαθέστερα γὰρ καὶ καρτερώτερα τὰ σώματα γίγνονται αὐτοῖς διαπονούμενα. Ἕτερον δὲ οὐδὲ αὐτὸ μικρόν. ἔμπειροι γὰρ δὴ ἐκ τούτου καθίστανται, εἴ ποτε ἀφίκοιντο εἰς χρείαν τῶν μαθημάτων ἐν ὅπλοις. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ πολεμίῳ ἀνδρὶ ὁ τοιοῦτος συμπλακεὶς καταῤῥίψει τε θᾶττον ὑποσκελίσας καὶ καταπεσὼν εἴσεται ὡς ῥᾷστα ἐξανίστασθαι. πάντα γὰρ ταῦτα ἐπ' ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα πορίζόμεθα τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ ἡγούμεθα πολὺ ἀμείνοσι χρήσασθαι τοῖς οὕτως ἀσκηθεῖσιν, ἐπειδὰν πρότερον αὐτῶν γυμνὰ τὰ σώματα καταμαλάξαντες καὶ διαπονήσαντες, ἐῤῥωμενέστερα καὶ ἀλκιμώτερα ἐξεργασώμεθα καὶ κοῦφα καὶ εὔτονα καὶ τὰ αὐτὰ βαρέα τοῖς ἀνταγωνισταῖς.*

Patet vero haec emolumenta omnia et multo etiam maiora ex arte gymnastica nostris quoque iuvenibus esse proditura, quo nos et accommodatiora fortasse et magis etiam temperata exercitia corporis excogitata habemus et eiusmodi, quae magis ad valetudinem corporis spectant.

Quae corporis exercitamenta non intelligo illa, quae olim apud nos et ad hoc usque tempus in universitatibus litterarum, nonunquam etiam in nostris litterarum ludis, quae vulgo gymnasia dicuntur — *κατ' ἀντίφρασιν*, ut videtur, ut lucus a non lucendo — factitabantur, *digladiandi* et *saltandi* artes dico, de quibus, quid sentiendum sit, optime exposuit Iacobsius[49], qui sic disserit: „Ich habe mir bisweilen die ehrenvesten Bürger Athens, die in Platons Laches den Hoplomachos Stasilaus verspotten, der doch kein ungeübter Mann war, aber ein Geck, in die Schule eines unserer *Tanzmeister* versetzt gedacht, mit welchen Gefühlen sie wohl einen solchen Paedotriben unserer Iugend betrachten würden, der nach dem kläglichen Gewinsel einer Duodez-Violine seine zierlichen Füsse schwenkt, vorwärts und rückwärts trippelt, sich auf- und abschnellt oder bis zum Schwindel vorgeschriebene Kreise durchhüpft oder eine schwächliche, schwitzende Iugend *beiderlei* Geschlechts, deren körperliche Bildung ihm anvertraut ist, in vertrauter Umarmung um sich her hüpfen lässt. Oder wenn wir sie aus dem Staube und der Stickluft des eingeschlossenen Raumes in das Wohnzimmer eines Fräuleins führten, um dem Unterrichte des *Musiklehrers* beizuwohnen, der, wenn er seine Schülerin in den gewaltsamen Sprüngen, den wundervollen Läufen und den labyrinthischen Verschlingungen einer Beethovischen Sonate mühsam geübt hat, sie zur Erholung durch einen neuen Walzer, einen englischen Tanz, oder eine muntere Arie erquickt. Wenn sie nun nach den ernsteren Bildungsmitteln fragten, müssten wir sie wohl zu dem *Fechtmeister* führen, welcher die ihm anvertraute Iugend unterweist, unter grossem Geräusche der Füsse zwei funkelnde Klingen mit der Schnelligkeit des Blitzes gegen einander zu iagen, sie mit leichter Bewegung der Faust abzuwehren, damit der lederne Ballen, mit dem sie geschützt sind, nicht den Arm oder die Brust berühre. Wenn sie nun auch diese neue Art der Hoplomachie lächelnd beobachtet hätten; würden sie ohne Zweifel fragen, was denn diese Bruchstücke *moderner Bildung* eigentlich beabsichtigten und ob man sich wohl schmeichele, den Leib zu bilden, wenn man die Fussgelenke beweglich und die Faust behende mache? Wie denn auch wohl nicht abzusehen sei, wie man durch diese Art der Gymnastik, oder durch die wunderlichen Musikübungen, denen sie ietzt beigewohnt hätten, auf die Gesinnung und Sitte wirke. Auf diese Zweifel müssten wir ihnen mit einigem Erröthen antworten, dass es dabei allerdings auf so hohe Dinge nicht abgesehen sei; ia wir würden bei weiterem Nachfragen eingestehen müssen, dass wir uns nicht einmal um die *Gesinnungen und Sitten der Uebungsmeister* kümmerten, die immerhin gemein und niedrig sein möchten, wenn sie nur ihre Fertigkeit hinlänglich erprobt hätten. Sie dürften übrigens keineswegs glauben,

---

49. *Iacobs* vermischte Schriften. Dritter Theil. Leben und Kunst der Alten. Zweiter Theil. pag. 176. seqq.

dass uns die *Wichtigkeit der alten Gymnastik und ihre Einwirkung auf das Leben*[50] unbekannt sei; vielmehr werde in den Schulen oft davon gesprochen und ieder Schüler sei überzeugt, dass das wackere und rüstige Wesen der Alten in der Palaestra gehegt und genährt worden. Dabei müsse es aber auch sein Bewenden haben; denn was in so alter Zeit gut und heilsam gewesen, würde ietzt böse und verderblich sein. Man habe dies ganz deutlich gesehen, als einige enthusiastische Bewunderer des grauen Alterthums solche Uebungsschulen geöffnet hätten, um, nach der Weise der Alten, bei kräftiger Ausbildung des Leibes auch die Gesinnungen zu stärken und zu veredeln. Kaum habe die Sache begonnen, als sie, ohne Zweifel aus gültigen, wenn gleich nicht hinlänglich bekannten, Gründen eine Furcht vor Empörung und Aufruhr erregt habe; worauf man die Uebungsplätze geschlossen und zu der früheren Weise, die Iugend geschmeidig zu machen, zurückgekehrt sei. Was die Gesinnungen und Sitten beträfe, so glaubten wir, dass zu ihrer Bildung der Unterricht in der Heilslehre hinreiche, dem auch die Polizei mit vielen wirksamen Mitteln zu Hilfe käme.[51] — Bei dieser Erklärung würde ohne Zweifel das Erstaunen unseres Milesias, oder Laches, oder Nikias, noch höher steigen und sie würden vielleicht fragen, was wir denn aus den Werken der grossen Männer ihres Volkes lernten, die, wie sie vernommen, in unseren Schulen erklärt würden. Hierauf würden wir antworten, wir lernten daraus zuvörderst die *Wörter* und *Redensarten*, deren sich die grossen Schriftsteller der hellenischen Nation zu verschiedenen Zeiten und in verschiedenen Gattungen ihrer Werke bedient hätten; dann die *Regeln*, nach denen sie bei der Zusammenfügung ihrer Rede verfahren wären. Hierin, würden wir fortfahren, ist es durch unermüdlichen Fleiss und die schärfste Aufmerksamkeit soweit gebracht worden, dass wir neueren Dichtern, Geschichtschreibern, Rednern und Philosophen die Fehler nachweisen können, die sie im Schreiben aus Unwissenheit oder Nachlässigkeit und Uebereilung begangen haben; ia wir schmeicheln uns, von dem, was sie gemacht haben, oder hätten machen sollen, besser und gründlicher Rechenschaft geben zu können, als iene Männer selbst. Dabei sind wir auch gar sehr darauf bedacht, auf das genaueste zu erforschen, wie es in allen Dingen bei euch ausgesehen, so dass wir nicht nur den Markt von Athen, die Pnyx, den Keramikos, die Gymnasien und Tempel, sondern auch die Leschen, die Schoppen der Bader, die Werkstätten der Künstler und Handwerker und die ganze Wirthschaft der Hetären so genau kennen, als ob wir mit ihnen gelebt hätten.

---

50. Commendata est atque eximiis laudibus ornata ars gymnastica olim a supremo rerum sacrarum per Silesiam Senatu his verbis, quae iam anno huius saeculi sexto decimo evulgata sunt: Wir empfehlen die Turnübungen als einen wesentlichen Gegenstand der allgemeinen Volksbildung und wünschen dass sich zu ihrer weiteren Verbreitung alle mit uns vereinigen, die sich überzeugt haben, dass eine gesunde Seele auch gern in einem gesunden Körper wohnt, dass es zur vollkommenen Bildung des Menschen gehört, nicht in Schlaffheit und Weichlichkeit erfunden zu werden, sondern auch seiner leiblichen Kraft vertrauen zu dürfen, und dass wir das kunstvolle Gebilde, womit der Schöpfer unseren Geist umgeben hat, auch in seiner eigenthümlichen Schönheit und Tüchtigkeit vor ihm darstellen.

51. Cf. *Iacobs* über die Erziehung der Hellenen zur Sittlichkeit, in dessen vermischten Schriften tom. III. Leben und Kunst der Alten tom. II, pag. 3 seqq.

Aber nicht bloss diese Einzelheiten beschäftigen uns, sondern wir erheben uns auch zu den höchsten Gesichtspuncten, indem wir die Natur eurer Staaten und eurer Gesetzgebung durchforschen, die Geschichte in ihrem weitesten Umfange und ihren kleinsten Beziehungen untersuchen, den Werth eurer grossen Männer und ihrer Werke sorgfältig abwägen, die Geister prüfen und in die geheimsten Tiefen der Kunst und Philosophie hinabsteigen. Wären wir denn nun einmal so im Zuge uns zu loben, würden wir vielleicht hinzusetzen: der Eifer, welcher uns seit vier Iahrhunderten beseelt, eure Werke nachzuahmen, hat uns auch veranlasst, uns in Reden, Gedichten und gelehrten Schriften eurer, noch mehr aber der Lateinischen Sprache, statt unserer Muttersprache, zu bedienen, und zu den Zeiten unserer Väter war es nichts seltenes, Männer zu finden, die sich beider Sprachen so bemächtigt hatten, dass sie sich in ihrer Muttersprache nur mit Mühe, oder nach der Weise des gemeinen Volkes darin ausdrücken konnten, was nun freilich ietzt — wie manche behaupten zum Nachtheil der Gründlichkeit — anders geworden ist. — Auf diese und andere Reden, die zu erweitern nicht schwer fallen dürfte, möchten unsere Athenischen Bürger vielleicht antworten: Fürwahr, ihr seid ein wunderbares Geschlecht. Arbeitsamkeit, anhaltenden Fleiss, und natürliche Gaben wird man euch nicht absprechen können, wenn Alles so ist, wie ihr uns sagt; aber nach dem, was wir bei euch gesehen und aus eurem Munde vernommen haben, möchten wir sagen, dass ihr Leuten gleicht, die mit grosser Mühe ein Schiff erbauen und es mit allem Zubehör ausrüsten, um das goldreiche Land des Königs Arganthonius aufzusuchen[52], aber ohne die Cynosura zu kennen. Ihr möget daher wohl vieles entdecken, was zu unserer Zeit auch gelehrteren Leuten unbekannt war; wenn ihr aber zu eurem Ziele gelangt; so habt ihr dies mehr dem glücklichen Zufalle, als eurer Geschicklichkeit zu verdanken. Die Tugend erwuchs in unserer Heimath aus anderen Wurzeln; sie wurde in die *Gesundheit des Leibes und Geistes*[53] gesetzt, und diese durch eine gleichförmige, einfache, aber in allen ihren Theilen wohl zusammenhängende *Erziehung* gefördert. Möchtet ihr den Muth haben, eine solche Erziehung, wie sie *eurer Zeit und der Verfassung eurer Staaten angemessen* ist, zu suchen; dann werden euch die Götter auch das Uebrige verleihen und *Deutsche Mannhaftigkeit* mit *hellenischer* Tugend wetteifern können." Hactenus Iacobsius.

At tria maxime esse videntur, quae nostris adolescentibus allatura est ars gymnastica, emolumenta. *Primum* enim corpus reddit firmum et magis idoneum ad animi culturam recipiendam atque ad tolerandos labores, qui studiis litterarum sunt coniuncti. Nam nonnisi sano corpore litteris recte et cum fructu studebimus, et qui opinatur, assiduitatem, alacritatem, subtilitatem studiorum sectari se posse et adipisci sine robore ac firmitate corporis, nae ille quidem magnopere fallitur. Si quaerimus, qui fiat, ut multi adolescentium nostrorum

---

52. Cf. Herodot. I, 163. Cic. de Senect. c. XIX. ibique interpp.

53. Von der Bildung und Pflege, die der Grieche in seiner Vollheit genoss, ist uns die eine Hälfte, die des Leibes, zu Grunde gegangen, und mit ihr die Hälfte der Güter, welche das Leben bieten kann. Eine halbe Gesundheit, eine halbe Kraft, ein halbes Gefühl unserer selbst und der Freude, ein halbes Leben ist uns zurückgeblieben. Nicht einmal kommt dem Geiste zu gut, was dem Leibe entzogen wird. Thiersch., in praefatione editionis Pindari ad Iahnium.

litterarum studiosorum tam parum proficiant, tam nullum saepe operae suae in litteris positae pretium faciant, vitae rationem ipsorum et diaetam advertamus. Scholis transactis non ambulatum eunt aut in aerem salubrem exspaciantur, sed in cauponas se conferunt ibique ad immodicas cerevisiae potiones et ad herbae Nicotianae suffimenta in multam noctem vigilant, cantiunculas insipidas non cantantes, sed vociferantes et clamantes, quibus rebus et stomachum laedunt et latera corrumpunt, aut saltem ita se debilitant atque conficiunt sine omni corporis salubritate, ut proximo die, ubi primo mane surgendum et in scholas eundum est, vix ac ne vix quidem de lecto surgere possint, superioris noctis crapula caput et membra adhuc aggravante. Postquam magistrorum imperia et poenas timentes tandem inviti surrexerunt, quid, quaeso, tali ratione affectos in litteris elaborare posse, qua animi alacritate docentem audire magistrum, quo denique fructu scholis interesse putabis? Quibus contraria omnia futura essent, si iusta et artificiosa corporis exercitatione et orta inde corporis animique sanitate ac sobrietate uterentur. — *Alterum* quod lucraturi sunt iuvenes nostri ex arte gymnastica hoc erit. Aptiores reddentur ad vitae negotia omnis generis, etiam graviora, patranda ac toleranda. Etenim hominibus litteratis, qui nunc vivunt, his nostris temporibus in dies plura atque graviora negotia iniunguntur, ut nemo fere omnium, qui ad rempublicam gerendam hodie accedunt, negotiis muneri publico coniunctis par esse posse amplius videatur. His negotiis gerendis aptiores erunt sine dubio, qui minus imbecilli et robustiores facti fuerint iuvenes nostri corporis exercitationibus atque arte gymnastica. Nostrorum hominum, qui rempublicam gerunt, vel religiosissimorum vires non amplius sufficiunt moli negotiorum, quae indies in maiorem numerum accrescunt; et cum scribendi magis desidendique officia iniungantur quam agendi dicendique, peius etiam valetudini miserorum consulitur. *Tertium* denique emolumentum artis gymnasticae erit, quo nullum facile est maius, ut corporis servitio, animi imperio utantur iuvenes nostri. Nulla enim re magis libidines refraenantur, cupiditates coercentur, res ludicrae et venereae, quarum tam cupidi nostri sunt adolescentes et quae animum maxime pessundant, salubrius amoventur ac deprimuntur, quam corporis iusta exercitatione, quae ita fit, ut corpus artificiose et secundum regulas excolatur atque salubrem defatigationem contrahere doceatur. Atque hac tantum ratione vera *animi libertas* comparari potest. Nihil enim est liberum esse, nisi vacuum a libidinibus, quibus nisi imperas, ipsae tibi imperabunt, id quod turpissimum est servitium.

Haec ad rem sufficiunt. Quae propterea tractavi libentius, quod spes laeta rebus nostris affulget, fore, ut proxime artis gymnasticae disciplina etiam in nostro Gymnasio instituatur. Cuius rei gratiae a nobis ac discipulis nostris et habebuntur et agentur Curatoribus Gymnasii nostri maximae, nec deerunt fructus uberrimi, in iuvenum nostrorum animos ac studia redundaturi. Duit Deus O. M., ut haec quoque rerum nostrarum in melius provectio florem scholae nostrae adaugeat ac disciplinam nostram in adolescentibus curae nostrae traditis felicitet ac fortunatam reddat.
